V c
4191

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0002-4

h. 36, 69

I, 467.

Durch Gottes groſse gnad vnd mein ſighaffte waffen
hab ich der feinde viel getrennet vnd thun ſtraffen.

Nun aber frölig ist mein Seel ins himmels ſchloſse
den leib ſol nehmen balt die erd in ihrem ſchoſse.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0004-5

h.36,69 I,467. Vc 4191

Suſpiria

MEMORIÆ SEMPITERNÆ

HEROIS ILLIUS MAXIMI,

*PRINCIPIS* ad ſuprema *INVICTISSIMI*

*DN. DN.*

# GUSTAVI ADOLPHI,

D. G. SVECORUM, GOTHORUMq;

AC VANDALORUM REGIS, MAGNI

FINNONIÆ PRINCIPIS, ESTHONIÆ CARE-LIÆQVE DUCIS, INGRIÆ LIVONIÆ &c.

DOMINI OMN. DESIDERATISSIMI,

Jam prope Empor. Lipſiam,

*CUM DEO, ARMIS VICTRICIBUS*

*victis & proſtigatis hoſtium copiis,*

IIdùm renunciati felic. Triumfatoris,

ad Oppidum Miſniæ Lucam,

d. IIX. Idus IXbr. an. cIↄ Iↄc XXXII,

in ipſo Prælio beatiſſ. conſopiti,

inter Lacrymas

*teſtandi doloris ergò*

conſecrata

à

M. CHRISTIANO ROSEN/

March., Gymn. Colon. p. t. Sub-Rect.,

*BEROLINI*

*Prelô Rungianô expreſſa.*

BIBLIOTHEC PONICKAVIAN.
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0005-1

Qui
VICtor erat MorIens, DUX benè
gratUs oVat,

# GUSTAVUS ADOL-
# PHUS, SVECORUM, GOTHO-
# RUM ET VANDALORUM
# REX

*μεταγραμματιζόμενος*

**MUNDO GRATUS; OVAMUS! OH'
ADSPECTU EXULAT! VULGUS
HORROREM!**

*ἄλλως, ſed abjectis aſpirationibus:*

**LUGEMUS OPTUMUM, DOLOR CORONA!
REDUX AUGUSTUS! AVERTAS!**

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ ἘΞΗΓΗΤΙΚΗ

A. D. R. S. G. A.

VT, *REX*, tui fuerit ſtupenda (nominis
ubiq; præpotentia,
ut & viriliter, DEI præſidio,
fervente copiâ lubens
hoſtem

hoſtem inſeqvutus, unica id *GERMANIA*
exponet altis laudibus.
Sint gratiæ, *DIVINE REX*, Tibi, ſacrâ
Virtute qvod paraveris
Securitatem cœtui, CHRISTO duce,
Martia gerenti ſigna iò!
Pauci licet vero pioq; pectore
agnoverint non ultimi
Præconij benefacta plurima: attamen
eſto, piaculum grave
manebit iſtos expiandum, donec id
ſecum magis perpenderint.
*GUSTAVE ADOLPHE*, Tune Spiritu intimo
ductus, tuum qvod, deſerens,
preſſos miſellos nos adibas (a) *fumus* ut (a) Eſa. 15. v. 31
*Aqvilone* lætus advolans?
*REX MAGNE*, qvæſijſti opes amplas? ſatis
erat Tibi vel antea!
Amore honoris annè comparandi ita
ſeqvutus es ſigna? ah opus
pol nihil habebas! aſt ſubeſt aliud qvid his
qvocunq; motus advena!
Heu qvanta numeris viribusq; factio
vexârit odijs impijs,

qvàm noxia Auſonidum vis fuerit, prius
ſatisnè *STRALSUNDA* adnuit?
Modò integrum fuiſſet îjs revellere
omnes, id annè gaudio!
(b) Pſ. 12. v. 3. *In ore (b) fucus atq́ ſermo lubricus;*
his illi erant ludibrio!
Quis obſtruet vel invidebit uſpiam,
(c) Ad Exemp. Phar. Exod. 5. v. 2. dixêre, (c) *numqvis imperans?*
Id audiens, *BEATE REX*, divinitus
vocatus, ociùs pedem
moviſti, opem celerem tuliſti, perditis
penè, potente dexterâ,
Tropæa parta glorioſa plurima
ducens, qvod hoſtes mœreant!
Exindè MUNDO GRATUS *HEROS*,
(ſanctus &
fortis cluebas nomine,
Quid? immò, ſemi-*DEUS* velut, populis
(ferè
cunctis eras amicus, hei
regno Malorum ſubditis! Jam mortuum
LUGEMUS eheu OPTUMUM
Te Principem vix usq́; comparabilem
ulli, dolentes vulnere
ah cor-

ah corpori inflicto! ejulamus acriter:
DOLOR! CORONA (d) *proh jacet* — (d) Thren Jer. c. 5. v. 16.
*Diadema Regni Svecici!* egregij *caput*
Exercitus OH' EXULAT
ADSPECTU! ità iratus *DEUS* mortalibus
ubiq; gloriantibus!
Quotus ſed eſt ſuperum ſatis rectè æſtimãs
iras vel acta corrigens?
*O qvàm potens HEROS* (e) *jacet, periculis* — (e) 1. Maccab. 9. v. 21.
*qvi* ceu *LEO* nos *Iſraël*
*ſubduxit, & protexit* hîc fideliter!
Quapropter ingemiſcimus:
Quàm (f) *cordis* illud *gaudium* jam *deficit!* — (f) Thren. d. l. v. 15. 17.
*converſus in luctum Chorus!*
delicta noſtra cauſſa ſunt hujus mali,
(g) *væ ſæpius peccantibus!* — (g) v. 16.
Hinc VULGUS HORROREM ne-
(fandum ſentiens
animo, qverelas anxias
in Oppidis properavit, ut durisſima
creata condoleſcere
& vix recuſâſſent, favente Gratiâ
nî humillimis, qvæ cœlitus
ſolamini ſperanda ſemper, ilicò
forent ſeqvuta bellula

 palmæ

Palmæ paratæ jubila! O mirabilis
*HEROE* dignus exitus!
*MORIENS Triumfos REX tulit, cum gloriâ,*
*ab hoſtibus trementibus!*
A DOMINO factum eſt illud MIRABILE! *ID ACCIDISSE NOVIT OMNE VIVI-CUM,*
*OB IDq; NOS STUPESCIMUS!*
OVAMUS, auſa gratulantes *PRINCIPI,*
*GUSTAVO ADOLPHO, MAXIMO!*
* Ex Symb. Reg. Majeſt. *ARMIS** ſuis *VICTRICIBUS* qvi fortiter,
ſtimulante ſpiritu velut
(h) Jud. c. 16. v. 26. & ſeqq. *SAMSON* (h) *ſuâ tria millia ultimùm manu*
*ſtravit, columnis corpore*
(i) 1. Maccab. 6. v. 43. & ſeqq. *affixus*, atq; fortis (i) *ELLEAZARUS*
*Elephanta preſſus enecans,*
Et Ipſus id peregit obſervabile!
Attendite hæc *CONAMINA;*
(k) Joel. c. 1. v. 2. 3. *narrate*, (k) *Patres, filijs, & filij*
*vos dicitote poſteris!*
Sed ecce, nec prorſus qvieſcendum, licet
noſtratibus *VICTORIA,*
beneficio *DEI*, relicta; ſcilicet
belli furor ferocitèr
in Orbe, nullo fine, ſævit undiq;;
nec eſt REDUX AUGUSTUS
(hic
*GUSTA-*

*GUSTAVUS, auget* at ſuâ præſentiâ
ſacrata cœlicolûm agmina!
Nos hoſtium denſiſſimis ſuccumbi-(mus
phalangibus, qvis afferet
opem? Quies amœna *PACIS* jamdiu
eſt impedita (proh dolor!),
qvæ nemini non eſſet auro carior;
qvis hanc parabit mentibus?
*JEHOVA* ſolus heîc adorandus, bonæ
qvi *PACIS arbiter* (l) cluet, (l) Pſ. 147, 14. 1. Cor. 14, 33.
Suos potenter protegit, nec opprimi
ſinit gregem fidelium.
Propinqvus eſto, *JOVA* noſter, omni-(bus
ardenter invocantibus
fide piâ! Tibi calentia brachia
extendimus, jam percipe,
*SALUTIS* (m) *una Spes*, petita; qvæſumus, (m) Pſ. 46. v. 2.
bonitate diâ amplectere
Populum tuum novis in his tumulti-(bus!
nefaria AVERTAS citò,

qvæ

QK Vd 4191

qvæ tot rebellibus modis ſic imminent
cervicibus, certamina!
Patiare *PACE* perfrui nos longius!
*SIONIA*, (n) *qvam dextera*
*fundavit*, auxilium *SALUSq́;* ventitet,
ut gaudeamus perpetim.

(n) Eſa. 15. v. 32.

J. M. N.
Amen!

VD17

ULB Halle 3
004 825 608

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0013-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0014-0

h.36,b9 467.
Vc 4191

MEM ... Æ

H ...

*PRINC ... IMI*

# GUS ... PHI,

D. G. SV ... UMq;
AC VAN ... MAGNI
FINNONU ... CARE-
LIÆQ ... &c.
DO ...

*CUM ... US*

IIdu ... s,

d. IIX. ... XXII,
in ...

M. C ... N/
Ma ... t.,

... OTHEC ... AVIAN
... ATS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-32940-p0015-6